Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 189
Quelle:
Copyright:

Anno M°. CC°. XXXIX°. Fridricus dux Auſtrie et Styrie veſtitus eſt.

Anno domini M°. CC°. XLVI. in die ſancti viti M. fridericus dux auſtrie et Styrie uir *bellicoſus* et ſemper uictorioſus in bello vngarico a quibusdam ſine herede infideliter occiditur. quorum nomina cum ſathan et dyabolo ſcripta ſunt in libro tartareo. Amen. Anima tua o friderice! per miſericordiam dei requieſcat in pace. pax tibi ſit chriſti! quia pax tu noſtra fuiſti. Amen.

Anno domini. M°. CC. XLI°. II. Non. Oct. facte ſunt tenebre die dominica media.

Anno incarnationis domini. M°. LXXXVIII. Fridericus Imperator transfretauit. *Deficiunt anni C.*

Anno M°. C°. XC°. Phylippus rex et Richardus rex Francie *(Angliae)* et levpoldus dux Auſtrie iheruſalem tendunt.

Anno. M°. C°. XCIII°. Rich. rex Anglie Wienne capitur.

Anno. M°. C°. XC°VII°. Frid. dux auſtrie ab accaron redit. *(Catholicus)*

Anno. M°. C°. XC°. VIII. Hainricus *(Emericus)* Rex vngarie auſtriam petit et eam vsque Wiennam preda et incendio deuaſtauit.

Anno. M°. CC°. phylippus rex occiſus eſt. *Deficiunt anni VIII.*

Anno. M°. CC°. Regina vngarie *(Conſtantia)* occiſa eſt. *Fabula.*

Anno. M°. CC°. II°. levpoldus dux auſtrie nupcias celebrauit. *(cum Theodora graeca.)*

Anno domini M°. CC°. VII°. Andreas d Rex vngarie et leupoldus dux auſtrie transfretarunt. *Deficiunt anni X.*

Anno domini. M°. CC°. XX°. Frid. Imperator transfretauit et iheruſalem aduenit. *Deficiunt anni VIII.*

Hae Notae *Codicem* noſtrum olim in *Auſtria* exaratum fuiſſe perſuadent.

LXXVII. VIII. B. 6.

Codex membraneus lat. Sec. X. Folior. nunc 56. f. per duas columnas ſcriptus, bonae notae ſed ſat adtritus continet *Commentaria in Libros Regum*, et alias, et hic etiam recentiore manu perperam *Eucherio Lugdunenſi* tributa, ut ex rationibus liquet, quas alibi dedimus. Elenchus *Capitum*, qui ſingulis IV. *Libris* praemiſſus eſt, ante I. deperiit. Incipit vero hic Liber: *Regum Succeſſiones poſt iudices quando Dauid ſaule reprobato coepit regnare incipiunt.* &c. Finit: *ſed quid egerit pertinebit.* Initium Libri II. *Promiſſiones enim Dei quae factae ſunt ad abraham* &c. Finis: *ad ſeruandam magiſterii reuerentiam non recedat.* Initium Libri III. *Senuit Dauid ungiturque Salemon in regem ſuper iſrael* &c. Deficit Liber hic in verbis: *et ipſa dedicatione prius completa. Niſi forte putandum eſt poſt* — —. Quae ver- 106